



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim**

**Innozenz <III., Papst>**

**Parisiis, 1682**

Priori Et Capitulo beatæ Mariæ de Salis Bituricensis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-20020**

PRIORI ET CAPITULO  
beate Mariae de Salis Bituricensis.

quentes, personam & regnum tuum cum omnibus bonis tuis sub beati Petri & nostra protectione suscipimus, statuentes ut quando vacaveris operi huiusmodi pietatis, integra maneant, & à cujlibet temeritatis incurfu quieta consistant. Verum tuam regalem prudentiam commonemus ut ita providè tibi & tuis caveas undecunque, ne, quod absit, sub nostræ protectionis prætextu quamlibet te contingat sustinere jacturam. Datum Laterani Nonis Maij, pontificatus nostri anno tertiodecimo.

ILLVSTRI REGINÆ  
Francorum.

Sper amaritudine in qua es paterno tibi compatientes affectu, serenitatem tuam consolando monemus ut quæ alios cum Rege consorte tuo per matrimonialem ipsius copulam accessisti rectora, veneranda Regina tui, te regas in imminetis pugnæ molestia, per quam Deus tuam voluit examinare virtutem; sic in omnibus quæ adversa videntur & dura te formans ut plus ex formidine mentis ea quàm ex necessitatis instantia perferendo, non tam pareas quàm super his assentias voluntati divinæ, nec unquam tristis excipiens quod acciderit contra votum, tributum tuum hilaris, non invita, persolvas; attendens quòd universa quæ in miseræ hujus mundo à quocunque penduntur, quasi quædam necessaria sunt humanæ vitæ tributa, quorum immunitatem nemo poterit cum effectu vel petere vel sperare. Quapropter, carissima in Christo filia, de tua te consolare fortuna, & animum induendo virilem, ab ipsius constantia non recedas; ut quasi de proprio fato conquesta, illud tibi gemas accidere quod multis indignioribus non videris evenire. Cum enim sine adversario virtus marceat, quæ quanta sit, aut quid valeat, tunc apparet cum illam patientia manifestat, in exaggerationem doloris nequaquam est pervertendum quod verius potest ad consolationis materiam imputari. Pater quippe cælestis carnalium more parentum, non educantium filios in delictis, quos intendunt ad virtutem componere, te per hæc voluit experiri, & sibi, non tamquam delicatam, sed sicut electam filiam præparare. Quæ de re periculosius reputans quòd in reprobis alitur audacia per licentiam quàm quòd virtus per disciplinam proficit in electis, patientiam tuam feras humiliter exerceri, & quia patientibus patienter passio non est pati, sic æquanimitèr sustineas universa quòd ille in cujus

Epist. 66.  
De causa divortij.  
Vide supra lib. 10. epist. 176. lib. 11. epist. 180. 181. 182.

ILLVSTRI REGI  
Danorum.

Qvòd orthodoxæ fidei zelo successus ad laudem divini nominis & Christianæ religionis honorem signo crucis assumpto, ad reprimendam feritatem incredulæ nationis regalis exerere decrevisti gladium potestatis, pium devotionis tuæ propositum in Domino commendamus; illudque favoris apostolici gratia profestom. II.

Epist. 64.  
Conferentia  
Ecclesie  
de Salis.

Epist. 67.  
Recipitur sub  
protectione  
sedis apostolicæ.  
Vide lib. 11.  
epist. 103. 104.

